



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quomodò in tali Ecclesia vna est communio sanctorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

sum mundum inuenitur. Mar. vltimo cap. Euntes in mundum yniuersum &c. & Psalm. 112. A solis ortu usq; ad occasum &c. Insuper Catholica dicitur, quia idem communiter sapit secundum Christum Iesum, in his quæ fidem & Christum spectant atque Sacra- menta, & cum uno ore honorificatur Deus & pater Domini nostri Iesu Christi: id quod ubiq; Apostolus mandat & obsecrat per nomen Domini nostri Iesu Christi, 1. Cor. 1. Rom. 15. Omnes ergo haeretici non sunt Catholici, nam seipso segregant à corpore Chri- sti, quod est Ecclesia, & aliter sentiunt de doctrina & rebus fidei, quam Ecclesia Catholica: hos vitare iu- bet Apostolus, Tit. 3.

Secundò, hæc Ecclesia Catholica siue congrega-
tio, est communio sanctorū, id est, *gemeinschaft*/
hoc est, quod primò omnes illi qui sunt vera mem-
bra Ecclesiæ, illi sunt sancti & reputantur propter fi-
dem in Christum, qui est caput sanctum Ecclesiæ,
propter quod & membra reputantur iusti & sancti &
sic Apostolus in exordijs suarum Epistolarum om-
nes fideles vocat vocatos sanctos, Roman. 1. 1. Co-
rinth 1. Galat. 1. ideo mali in Ecclesia, non sunt de
Ecclesia sancta, id est, communione illa sanctorum,
sed solum nomine dicuntur Christiani: quare so-
lum pi sunt sancti & vera membra Ecclesiæ. Dein-
dè est Ecclesia & dicitur communio sanctorum, quia
omnia bona spiritualia, quæ exiguntur ad nostram
sanctificationem & iustificationem, illa in commu-
ni habet Ecclesia à Iesu Christo: & dicuntur com-
munia bona, ut sunt sacramenta & preces Ecclesiæ:
quia quisque partem habet in illis, unus sicut alter.
Hæc autem sunt porrò cōmunia bona Ecclesiæ, quo-
nam Deus pater nobis omnibus est misericors pater,
Deus filius autē omniū nostrūm saluator, Deus Spi-
ritus S. omniū nostrūm sanctificator, *heiligmaðher*.

Postea

Postea est Euangelium & omnes doctrinæ Christi, nœ, quæ omnibus prædicantur, vbi gratia & miseri. cordia Dei omnibus offertur. Matt. II. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &c. Deindeba. peccatum, vbi datur remissio peccatorum, & salus pro. mittitur, Marc. vlt. Qui crediderit & baptizatus fu. rit, &c. Postremò corpus & sanguis Iesu Christi, pe. que nos omnibus bonis Christi efficiuntur participes, credentes corpus pro nobis traditum & sanguinem pro nobis effusum, Matt. 26. hæc bona Christi, omni. bus qui sunt in Ecclesia, sunt communia. Nam Christus ex æquo est omnium nostrum saluator. Postre. mò Ecclesia est & dicitur communio sanctorū, qua oratio, tribulatio, crux & opera, pia omnibus Christi, stianis per totum orbem sunt communia & merito. ria: sic iubet nos Christus in plurali orare: Panem no. strum &c. dimitte nobis debita nostra &c. Matt. 6. & sic omnes participamur Christi bonis, & deinde co. fratum credentium: & sicut ex multis granis sive. nus panis &c. ita hic est communio sanctorum, t. Co. 11. Corinth. 10. Ideò hæc consolatio est conscientiae, quod talis communio est sanctorum tam bonorum Christi quam fidelium, & hoc etiam credimus &c.

3. Tertiò, quoniam sola una est Catholica & sancta Ecclesia, in qua sunt communia Christi bona, & in ea solum distribuuntur: ideo omnis homo, qui est. tra illam communionem vel congregationem & Ec. clesiam fidelium, si non saluabitur, sicut inquit Christus Luc. 11. Qui non est tecum, contra me est: & qui non colligit tecum, dispergit: quare omnes insid. les qui non credunt, damnantur. Ioan 3. Qui non cre. dit, iam iudicatus est: Nam promissio facta est Eccle. sia, quod illa sit capax bonorum Christi. Qui ergo non credunt, damnantur. Deinde omnes haeretici qui sunt veluti rami aridæ arboris, non accipiunt suc. cum gratiæ Christi, sicut inquit Cypria. Præscindere

rum de
que ait C.
& August.
temylic
pore: se
mortuun
corporæ
bum suu
tienim c
solent ac
stus ibi
runt: Iesi
Marc. 1. I
Christus
mon inc
& bona
Deo plac
verbū
sunt.

CR

1. Qu
lu
pe
1. Q
pe
1. Q
pe
1. Q
ve
ti